



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Bene Meditandi**

**Berzetti, Nicola**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

Postrema Colloquia.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](#)

*Postrema Colloquia.*

**A**bsolute exercitio Applicationis sensuum instituet colloquium unum, vel plura pro affectu eo modo, quo institui solent ad finem meditationis advertat tamen plurimum adiumenti allaturum, ut bene & cum sensu aliquo fiant, si vivam aliquam imaginationem conservet ex ijs, in quibus applicando sensus plus consolationis expertus fuit: E. G. si bene sibi imaginatus fuisset, videre tam humilem & submissum illum Christi Domini situm, quando in horto patrem oravit: audire

vocem

vocem illam adeo liberam & in  
manus eiusdem patris resigna-  
tam, vel in vivacissimâ summo-  
rum dolorum apprehensione,  
dum dixit. Non mea voluntas; sed  
tua fiat: gustare dulcedinem, odo-  
rate suavitatem: tangere divini-  
stius sanguinis calorem, quem  
sudavit, aut quid simile; iuvaret  
inquam, si ad eundem Christum  
Dominum cum vivâ unius re-  
rum illarum apprehensione se  
convertebat, gratias illi agendo,  
pro eo quod passus est, se quoque  
ad aliquid pro ipso patiendum  
offerendo, & vires ad hoc con-  
stanter & in quâvis occasione  
præstandum postulando.